

tus pro absolutione eiusdem archiepiscopi Roparti. Et absolutione oblonga,
sepultus est Bone in sepulchro satis precioso et elevato quod expensis
eiusdem Hermannii Landgravi edificatum est.

Hermannus quartus.

Sexagesimus tertius numero et ordine vixit pontificalis cathedram lio-
niensis ecclesie, sedens sub imperatoribus Frederico ^{III} et filio eiusdem
Maximiliano annis et ceteris, venerande memorie dignus presul Her-
mannus Landgravius Haschie et huius nominis quartus. Ille de
progenie secunde Elizabeth fuit primus prepositus ecclesie Aquen-
sis, et decanus sancti Geronis in colonia, canonicusque maio-
ris ecclesie. Precepitque benedictionem apostolicam et pallium
a summo pontifice Sixto ^{IV} anno Domini 1481. Ille Domi-
nus Hermannus quamvis non multum provecus aetatis,
precipue tamen mundanarum rerum et agibilium experientia
pollebat, et ab adolescentia fuit inbulus. Fuit namque contra prede-
cessorem suum Ropartum regens episcopatum coloniensem ordina-
tus, ut in precedenti tactum est. Propter quod status ecclesie lio-
niensis et negotia, res et persone, fuerunt plurimum sibi note. Valde
enim intelligens fuit, consiliariosque bonos habuit, totamque spem suam
in Deo ponens, pacem diligens. Pacificus enim et paciens fuit valde; munera
sua religiosis sepe misit, petendo orationes pro se et causis sibi commisis-
set, precipue pro pace terrarum. Post igitur promotionem suam cepit idem
dominus Hermannus, sicuti fidelis dispensator et prudens, manus
ad aratrum, ponere, nec retrospicere, donec ipsa ecclesia sibi comis-
sam, licet tunc multis et gravibus debitis pregravatam, optime
reformavit. Nec a multiplicatione talenti sibi traditi defecit, quous-
que ipse universa debita ecclesie per antecessores suos contracta, quam-
vis ipse tamen de honorificentia sui status parum diminueret, abs-

1) Repertum ad verbum exscriptum fuit
e vita Wilhelmi supra c. 70. nominibus
sanctum unitatis

+ ~~hanc descriptionem omnia multis hinc
nominibus ad verbum exscripta ex~~
S. 147A
c. 70. Antecessor Hermannus vita Wilhelmi

(H. 1)

Intit

(vint r. 147A)